



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur


Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Obseruatione Ieiuniorum. Tit. XLVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Not. Anno 1625. Indiēt. 8. Pontificatus S. D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. die verò 20. mensis Octobris supradictæ Literæ, tunc Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Principis Apostolorum Urbis, ac in Acie Campi Floræ, vt moris est, per me Brandimartem Latinam Prælibati sanctiss. D. N. PP. Curtozem.



De Observatione Ieiuniorum.

TIT. XLVI.

- 1**  **V**PER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Butr. Anchor. Henric. Panor. Guillelm. Durand. in *breviario aureo*, iuris Canon. fol. 156. Martin. Mestart. in *epitome Decretal.* fol. 151. Petrus de Rauenna in *compend. iuris Canon.* Dan. Venator. in *analyſi methodica* iur. Pontif. à pag. 510. Goffred. & Host in *sum. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſt. Germon. in *paratitulis ad quinque libros Decretal.* Barth. Carthag. in *expositione titulorum iuris Canonici*, nouissime Ioan. Honor. lib. 3. *summ. in Decretal.* omnes sub hac rubr.
- 2** De materia tit. vide Caiet. Sylu. Tabien. & alios Summiſtas verbo *ieiunium*, D. Thom. 2. 2. q. 147. Conar. lib. 4. var. cap. 20. Hieron. Roman. lib. 5. de *Republ. Chriſtiana*, c. 10. Medin. in *C. de ieiunio*, Card. Caſar. Baron. tom. 1. *anualium Eccleſie anno Chriſti* 57. c. 152. cum ſeq. pag. 583 Azor. *inſtit. moral.* p. 1. lib. 7. c. 8. cum ſeqq. Campanil. in *diuerſorio iuris Canon.* rub. 12. c. 16. num. 53. cum ſeqq. Leſſ. de *iſtit. lib.* 4. cap. 2. Iul. Lauer. in *ſuo tract. de Iubileo*, cap. 20. de *ieiunio*, Cened. *pract. & canon. quaſt.* lib. 1. q. 40. & 41. Vincent. Filliuc. tom. 2. tract. 27. p. 3. Diana *reſol. moral.* p. 1. tract. de *ieiunio*. Vtrum pluries comedens in die ieiunij vnum peccatum committat, quaſtio eſt dubia, in quo Conar. Medina & alij tenent hunc toties peccare mortifere, quoties pluſquam ſemel comedit; ſed contrarium, imo peccare ſola prima vice, quia ieiunium frangit, merito tenent Henric. in *ſumm.* lib. 7. de *indulgent.* cap. 13. §. 13. commento lit. S. in *fine*, Azor. d. lib. 7. c. 8. q. 2. & lib. 11. c. 20. q. 6. Filliuc. d. tract. 27. p. 2. c. 5. Leſſ. d. cap. 2. dub. 3. à n. 15. Ludon. Beja *reſponſorum conſilium conſcientie*, parr. 1. caſu 45. Sanch. in *præcepta Decalogi*, lib. 4. cap. 11. n. 42. Iul. Lauer. d. c. 20. num. 14. vbi declarat dummodo non comedat carnes, quia tunc toties peccabit quoties comedet, quia præceptum ieiunandi eſt affirmatiuum, ſecundum verò negatiuum, quod obligat ſemper & ad ſemper, & n. 37. contra Nauar. in *man. c.* 11. n. 4. verſ. quinto, tenet non ieiunantem in vigilia S. Matthiæ, qui ſolet venire in Quadrageſima, & quatuor temporibus, vnum tantum peccatum committere, & non tria. Fr. Emman. in *ſumm.* tom. 1. c. 33. n. 3. Egid. de Coninch. de *Sacrament.* & *cenſur.* diſp. 7. dub. 6. n. 47. Sed contrariam probabiliorẽ eſſe exiſtimo, quia peccata non multiplicantur numero ex diuerſitate præceptorum quando illa præcepta pertinent ad vnã virtutem, vt eſt in caſu noſtro, ſecus ſi pertinerent ad diuerſas virtutes, ita Henric. lib. 5. c. 5. q. 6. Azor. p. 1. lib. 7. c. 31. n. 7. Filliuc. tract. 27. p. 2. c. 5. n. 82. Vaſq. in 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſect. 4. num. 32. Sanch. de *Matrim.* lib. 9. diſp. 15. n. 6. Fagund. in *quinque Eccleſ. præcepta* præc. 4. lib. 18. c. 10. n. 7.

SVMMARIVM.

- 1 Ieiunari debet in Sabbato vigilia occurrenti in Dominica, & ieiunanda eſt vigilia S. Matthiæ.
- 2 Ieiunium iure communi inductum eſt in vigilia Domini Natalis, & aſſumptæ Virginis in celum.
- 3 Vigilia Domini Natalis poteſt quicunque ſerotinam collationem ſumere cum variis fructibus in quantitate exceſſiua.

CAP. Ex parte. I.

Innoc. III.

PER aliquod quando venerit in die Lunæ, eius vigilia ieiunabitur in Sabbato: item vigilia S. Matthiæ Apoſt. debet ieiunari. Colligunt ex Ordine Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Henric. Anchor. Panor. Viuian. in *ration. lib.* 3. iuris Pontificij pag. 440. Alagona in *compend. iuris Canonici*, pag. 141. remiſſiue Ximen. in *concord.* p. 1. reſertur ab Ant. Auguſt. collect. 5. Decret. lib. 3. tit. 35. c. 1.

Natiuitatem Domini, vel Aſſumptionem B. Mariæ, &c. Notatur ad hoc, quod iure communi inductum eſt ieiunium in vigilia Domini Natalis, & aſſumptæ in celum Virginis, vt per Azor. *inſtit. moral.* p. 1. lib. 7. c. 13. q. 1. Illud tamen aduertere oportet in vigilia Domini Natalis poſſe quemcumque ſerotinam collationem ſumere cum variis fructibus in quantitate exceſſiua, vbi conſuetudo hæc adeo inoleuit, vt ipſi etiam Prelati & vident ſic fieri, & conſentiant, atque id ipſum ipſi facientes operam illam acceptant, & approbant, vt docent Barthol. à Medin. in *inſtit. Conſiliorum*, p. 1. c. 14. §. 10. verſ. donde ſe ſigue. Ludon. Lopez in *inſtit. conſcientia*, p. 2. c. 112. de *ieiunio*, verſ. ſed de collatione, Llam in 3. p. *method. c.* 5. §. 25. pag. 525. Card. Tolet. in *ſum. lib.* 6. c. 2. pag. 760. Azor. d. lib. 7. c. 8. in ſu. nouè Barthol. à S. Faſto in *theſauro Religioſorum*, lib. 1. q. 15. Villalob. in *ſumm.* tom. 1. tract. 23. diſp. 7. num. 5. Cened. *Canon. quaſt.* lib. 1. q. 41. n. 5. Sed in tali die poſſe ſumi pro refectione, vncias ſexdecim pluſ minore ex pane, vel ex dulcioribus, exiſtimant Fagundæ in *quinque Eccleſ. præcepta*, præc. 4. lib. 18. c. 24. n. 19. Diana *reſol. moral.* p. 1. tract. de *ieiunio*, reſol. 35. quamvis contrarium, imo collationem ſerotinam in vigilia Natiuitatis non poſſe ſumi in magna quantitate ratione conſuetudinis exiſtentis Angles in *ſloribus Theolog. tract. de ieiunio*, q. 9. art. 2. diſp. 4. dub. 1. Fr. Emman. in *ſumm.* tom. 1. c. 23. concl. 7. n. 10.

SVMMARIVM.

- 1 Compendium huius text. reſertur.
- 2 Ieiunium ſeruandum eſt in ſingulis vigiliis Apoſtolorum, præterquam in vigilia S. Philippi, & Iacobi, & Ioannis Euangeliftæ.
- 3 Ieiunium Aduentus an fuerit in oſu quoad ſecularem, oſtenditur.
- 4 Delictum in dubio præſumitur in foro conſcientie, & ad vtilitatem animæ, & ex quo illud eſt vtile.
- 5 Eligere debemus eam partem per quam tutius eſt conſultum quando agitur de ſalute animæ.
- 6 Peregrini viatores an teneantur ſeruare leges, vel conſuetudinem locorum, etiam quoad ieiunia, & feſta in quibus per modum tranſiui reperiuntur, oſtenditur.

De Observat. Ieiuniorum, Tit. XLVI. 429

Teiunia aliqua an in totum consuetudine abrogari possint, remissive.

C A P. Consilium. II.

Vigilia omnium Apostolorum sunt ieiunanda prater vigiliis SS. Philippi, & Iacobi, & S. Ioannis Evangelistae, quia celebrantur in solemnitate Paschali, & Natalis Domini. Ieiunium Adventus agebatur Romae, Festum S. Bartholomaei celebrari debet secundum consuetudinem loci. Qui propter necessitatem, id est, ne pereant, in Quadragesima carnes comedunt, non peccant, nec sunt puniendi, bene quidem est orandum pro ipsis, ne Deus impetret hoc, quia bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi nulla reperitur. Circa comestionem carnum servanda est loci consuetudo, dummodo non emergat periculum infirmis, & debilibus. Quando infirmi tempore ieiunij petunt vesci carnibus, cum virgens necessitas exigit, debet concedi ut euitetur in eis maius periculum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Burr. Host. Henric. Anchar. Panorm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 447. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 545. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 35. c. 2.

Omnium Apostolorum vigilia, &c. [Notatur ad hoc, quod ieiunium servandum est in singulis vigiliis Apostolorum praterquam in vigilia Sanctorum Philippi, & Iacobi, ac Ioannis Evangelistae, quia illud incidit inter Pascha, & Pentecosten, quod tempus generali Ecclesiae traditione immune, & liberum est à ieiunio, & hoc quia cadit intra dies Natalis Domini, refert Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 1. 2. q. 1.

Ieiunium etiam apud nos in Adventu Domini agitur. [Olim apud Romanos in diebus, in quibus Ecclesia Domini Adventus memoriam recolit, ieiunium servabatur, & Christiani non solum corpus ieiunio castigabant, sed etiam sese multis pijs operibus, & religiosiis Officiis in Adventu Domini preparabant, hodie apud Monachos, & Religiosos solum huiusmodi ieiunium mansit, qui partim propriis institutis, partim usu, & more id retinuerunt, refert Azor. d. lib. 7. c. 27. alias 16. q. 3.

Quia bonarum mentium, &c. [Notatur ad hoc, quod in foro conscientiae, & ad utilitatem animae delictum in dubio praesumitur, ut per Cott. in memorab. verbo delictum in dubio non praesumitur, Mascard. de probat. conclus. 495. n. 6. cum seqq. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 85. n. 45. Et in dubio delictum praesumitur ex quo illud est tutius, Menoch. de praesumpt. lib. 2. praef. 2. n. 40.

Notatur etiam ad hoc, quod eligere debemus eam partem per quam tutius est consultum, quando agitur de salute animae, ut per Surd. de aliment. tit. 8. prius 88. n. 4. tit. 9. q. 1. 7. n. 9.

Consuetudinem regionis facias observari. [Notatur ad hoc, quod peregrini viatores tenentur servare leges, vel consuetudines locorum, in quibus per modum transitus reperiuntur, quod ex hoc text. deduci videtur dum hic habetur in festiuitatibus, & abstinentiis servandam esse regionis consuetudinem, ergo censet eam consuetudinem respicere potius locum, quam personam, quare ita docent Abb. in praesent. n. 6. Soar. de legib. lib. 3. c. 3. n. 3. Malder. in p. 2. q. 96. art. 5. circa fin. pag. mibi 409. Moser. in summ. Theolog. moral. tom. 1. tract. 16. c. 4. n. 17. Ioan. de la Cruz in direct. conscient. p. 1. praef. 3. art. 4. disp. 9. concl. 1. Gabr. Valsq. tom. 3. in 3. p. disp. 184. c. 3. n. 28. Salas de legib. disp. 16. sect. 4. concl. 4. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. c. 7. §. 1. à

princ. ubi fundamenta huius sententiae refert, & contrariis respondet, & n. 14. sic ait. Tenentur peregrini ad ea praeccepta servanda si tempore, quo moram faciunt, in eo loco occurrat tempus obligationis adimplendi praecceptum, alias vero non; unde si occasio fuerit comedendi, tenentur à carnibus abstinere si in eo oppido abstinetur à carnibus; idem est si cum commorantur instat occasio audiendi Missam, quia videlicet dies festus est. Nanar. in man. c. 1. n. 5. ubi dicit, quod qui degit in aliquo loco, tenetur observare festa illius, ubi tunc degit, non autem illa festa, quae in propria eius patria observantur, & c. 23. n. 120. vers. tertio, tenet peccare, qui velcitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione eo tempore quo liceret ei vesci in sua, licet è contrario non peccare vescendo eis in regione per quam transit, vel in qua moratur, licet in sua id ei non liceret. Sed Philarch. de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 23. §. est tertio notandum, ait peregrinum sistentem in oppido, in quo est dies festus, vel ieiunij, teneri audire sacrum, & ibi prandentem teneri à carnibus abstinere, iuxta illius loci consuetudinem, Conar. lib. 4. var. c. 20. n. 8. in fine, Henric. in summ. lib. 9. c. 24. n. 5. in fine, licet latius loquatur dum dicit non teneri peregrinum ad ieiunium, abstinentiamque carnum privati statuti, privataeque consuetudinis oppidi, per quod transit obiter, additque in commento lit. R. nec teneri audire sacrum, licet pridie illic dormierit ut sequenti die proficiscatur, assentit in primo casu relato ab ipso Henric. non vero in altero de dormiente in loco unde sequenti die proficisci intendit. Campan. ad finem diversorij iuris Canon. in exhortat. n. 12. vers. quia in re, aduertitque Fr. Emmanuel super Bullam Cruciatam, §. 1. n. 8. ad finem, fallum esse asserere licere Castellano transenti per Lusitaniam, ubi non eduntur intestina die Sabbati, illis vesci iuxta Castellae morem, & resoluit Basil. Pont. d. lib. 5. c. 8. n. 2. eos qui per Hispaniam iter faciunt, quamvis ex eo loco oriundi sint, in quibus non vescuntur intestina die Sabbati, posse illis vesci iuxta Hispaniae consuetudinem, item eos, qui ex iis locis sunt in quibus lactinia non comeduntur diebus ieiuniorum secundum ius commune, posse vesci illis in eis locis, in quibus etiam sine privilegio ex consuetudine adhibentur in cibum, Sed quoad principalis quaesitum verior est sententia, quae ait peregrinos, & forthes non adstringi legibus, & consuetudinibus loci per quem transeunt, vel in quo per modum hospitij reperiuntur cessante scandalo, & quando ea non obligant in suo domicilio, ut tenent Palud. Ledesm. Angl. Medin. Veg. Soar. & alij, quos refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 18. n. 6. Less. de iustit. lib. 4. c. 2. dnb. 3. à n. 53. Fagund. in praeccepta Decalogi, praeccept. 4. lib. 1. c. 7. n. 10. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 2. diff. 33. n. 8. Bonac. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 49. & disp. ult. q. 1. punct. 6. n. 6. ubi loquitur de ieiunio, Diana resol. moral. p. 1. tract. de ieiunio, resol. 2. Azor. d. lib. 7. c. 19. q. 4. ubi declarat ad vitandam offensionem aliorum vesci debere cibis, quibus vivunt incolae, si sibi prandent, vel coenent, additque licet huiusmodi viatores in iis, quae ad poenas, odia, & onera pertinent, non obligentur consuetudine gentis per cuius loca transeunt, in iis tamen, quae gratiam, favorem, & honorem continent, posse gaudere, & uti consuetudine gentis, vel populi per cuius loca transeunt.

An autem consuetudine in totum aliqua ieiunia abrogari possint: vide Azor. d. c. 19. alias 30. q. 1. Paul. Comitot. respons. moral. lib. 4. q. 50.

SYNOPSIS

S V M M A R I V M.

1. Natiuitatis festum si occurrit sexta feria, licitum est omnibus carnes comedere, exceptis professis.
2. Vovens absolute non comedere carnes die Veneris, si postea in ea eueniat festum Natiuitatis Domini, tenetur ea die carnibus abstinere.
3. Regularis, qui ad ieiunium Feria Sexte ex obseruantia Regulari adstrictus est, non potest comedere carnes si in ea eueniat festum Natiuitatis Domini.
4. Religiosus factus Episcopus potest licite carnibus vesci Feria Sexta in qua Natale Domini incidit.

CAP. Explicari. III. & ult.

Honor. III.


Natiuitas Christi si venerit Feria Sexta, licitum est omnibus vesci carnibus secundum consuetudinem Ecclesie generalis, exceptis professis, & vovensibus. Si vero aliqui ob deuotionem velint illa die abstinere a carnibus, non sunt reprehendendi. Colligunt ex Ordin. Abbantiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Henric. Host. Anchar. Panorm. Cened. collect. 51. Via. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 448. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 546. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Qui nec voto. Ergo absolute vovens non comedere carnes die Veneris, & postea in ea eueniat festum Natiuitatis Domini, tenetur ea die a carnibus abstinere, & ita per hunc text. docent Palud. in 4. dist. 38. q. 4. Syluest. verbo ieiunium q. 10. Cordub. in suo questionario, q. 169. Valq. 1. 2. q. 7. art. 4. disp. 20. cap. 4. n. 28. Beja responsorum casuum conscientie p. 2. casu 6. Sayr. in claus Regia. lib. 6. cap. 8. n. 11. Hieron. Llam. in sum. p. 3. c. 5. §. 28. Ortiz in sum. c. 19. m. 21. Philarch. de officio Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 25. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 18. c. 20. n. 290. Soar. de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 20. n. 7. Portel. in addit. ad dubia Regul. verbo ieiunium, n. 9. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 1. diff. 2. n. 6. Homobon. de Bonis de examine Eccles. p. 1. tract. 5. c. 9. q. 60. Molfes. in sum. Theologie moralis, tom. 1. tract. 11. c. 14. Diana resol. moral. p. 1. tract. de ieiunio, resol. 2. Sanch. in precepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 11. n. 61. Fr. Emman. q. Regul. tom. 3. q. 45. art. 3. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religiosorum, lib. 1. q. 15. n. 2. quicquid contrarium velint Azor instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 20. q. 3. Molin. de iustitia, tr. 2. disp. 272. n. 3. Fagund. præc. 4. lib. 1. c. 6. n. 6.

Nec Regulari obseruantia, &c. J Notatur ad hoc quod ille, qui Regulari obseruantia adstrictus est ad ieiunium Ferie Sextæ, non potest carnes comedere si in ea eueniat festum Natiuitatis Domini, vt per Molin. in summa confessorum in 3. precepto Decalogi, §. 10. fol. 58. verso, Fr. Emman. d. q. 45. art. 2. & 3. vbi art. 4. resoluit quod Religionibus in quibus ex voto, aut ex precepto, aut ex obseruantia Regulari est illicitum vesci animalium extremitatibus, & intestinis in die Sabbati, non possunt Regulares ea comedere, quando Natiuitas Domini in Sabbato occurrit. Ludon. Beja d. casu 6. Sanch. d. c. 11. m. 59. & seq. & tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 20. in princip. An autem voto, vel statuto Regulari adstricti ad carnes non edendas in die Veneris, possint eas edere eueniente in ea festo Natalis Domini, si votum, vel statutum tollatur per priuilegium Apostolicum? Affirmatiue respondent Syluest. verbo Dominica, n. 2. & verbo Ieiunium, q. 10. & ibi Armil. n. 13. Beja d.

part. 2. casu 3. Ludon. Lopez in instructorio conscientie, p. 2. c. 11. 2. Sà verbo Ieiunium, n. 6. quos refert, & sequitur Barthol. à S. Fausto d. lib. 1. q. 15. vbi q. 156. contra Medinam lib. 1. sum. c. 14. §. 10. tenet eum, qui statibus voto, & Regulari statuto in tali die carnes edit, peccare solum contra votum, vel Regulare statutum, non autem contra ius commune, quia Pontifex in presenti, cum omnibus fidelibus in ea prohibitionem dispensat, relicta sola voti, vel statuti Regularis oblatione, ac proinde, qui illa die carnes ederet, non peccaret nisi contra votum, vel Regulare statutum. Vnde sublata iuris prohibitionem per hunc text. in ea, quæ remanet ratione Regularis obseruantie, poterit Prelatus Religionis dispensare cum suo subdito in esu carniū in Sexta Feria si sit Natale Domini, vt resolunt Sà d. verbo Ieiunium, n. 6. Fr. Emman. d. q. 45. art. 3. vers. tenet, Sanch. d. lib. 4. c. 11. n. 63.

Vtrum autem Religiosus factus Episcopus possit licite carnibus vesci Feria Sexta in qua Natale Domini incidit, poterit non immerito dubitari, cum adhuc Religiosus sit, & votis, quæ in religione emisit, adstrictus maneat. Verum dicendum est Religiosum creatum Episcopum, cui iuxta suæ Regulæ constitutiones carniū esus Feria Sexta interdictus erat, posse licite eis vesci Sexta Feria in qua festum Natalis Domini occurrit, vt Turcremat. in cap. vnic. n. 1. casu 18. q. 1. & in cap. carniū, de consorciat. dist. 5. Zabar. in Clement. 2. in princip. n. 7. q. 2. de censib. Caiet. in opuscul. 1. tract. 15. de obligat. & obseruat. precep. q. 2. Conar. in c. 1. de testam. n. 18. Soc. lib. ult. de inst. quest. ult. art. ult. col. 6. & 7. Fr. Emman. in sum. tom. 2. c. 10. n. 4. Sanch. d. lib. 6. c. 6. n. 20. vbi etiam aduertit quod si Religiosus ille Episcopus esset ex Fratribus Minimis, qui solemne à carnibus abstinencia votum emittunt, iuxta aliquorum opinionem, peccaret mortaliter edendo, quia text. in presenti, excipit eos quoque, qui ex voto tenentur a carnibus abstinere, sed ibi resoluit eum posse carnibus vesci. Ratio huius, & supradictæ resolutionis ea est, quia Religiosus Episcopus immunis manet à votis, quæ præter substantialia ex Religionis præscriptio emittuntur, vt probant Caiet. & Soc. locis proximè citatis. Nec obstat text. in presenti, dum priuilegium in eo contentum denegat adstrictis Regulari obseruantia ac carniū Feria Sexta Natalis Domini abstinencia, quia intelligitur de adstrictis debito legali, non autem de adstrictis solo morali debito; eo vel maxime quod tunc hoc morale debitum cessat, cum consentaneum sit Episcopum in tanta solemnitate cum cæteris populis conformari.



De Purificatione post partum.

TIT. XLVII.

VPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Butr. Ioan. Andr. Anch. Panor. Guillelm. Durand. in breuiario aureo, iuris Canon. fol. 117. Martin. Melsart. in epitome Decret. fol. 152. verso, Petr. de Ravenna in compendio iuris Canon. Dan. Venat. in analysi methodica iuris Pontif. a pag. 511. Goffred. & Host. in sum. innot. tit. Alex. Callan. & Anast. Germon. in paratilis ad quatuor libros Decret. sub hoc tit. nouè Barthol. Carthagena in exposit. tit. iuris Canon. sub eodem.